



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Fauus distillans labia tua sponsa mel & lac sub lingua tua, & odor  
uestimentoru[m] tuorum sicut odor thuris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

COMMENTARIO. LIB. III. 56

quidem iure materno & naturali affectu tu mihi cuncta debuisti: ueruntamen fidem & humili tatem siue charitatem tuam plusq; maternā re spicienti mihi, cūcta pro optimis unguētis, cun cta pro suauissimis fuere eleemosynis, ita ut nula eleemosynarum aromata, quæcunque mihi in meis expenduntur minimis unguentis illis ualeant aliquatenus comparari.

Fauus distillans labia tua sponsa mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorū tuorum sicut odor thuris.

¶ Parum erat quod dixi supra, & eloquium tuum dulce: quia nimis parum est, dulcedinem esse in eloquio, nisi dulce sit etiam cor. Tu dulcis in ore, dulcis & in corde. Hoc est quod nunc dico, fauus distillans labiatua, subiungens, mel & lac sub lingua tua, id est, in anima tua. Ibi tibi metipsi dulciter sapit fauus eloquij tui, fauus distillans a labijs tuis, labijs gratiosis. Fauus tu us ego sum, mel tuum & lacatum ego sum: qd deus tuus & filius tuus ego sum. Hoc tua sentit anima, hoc tua sonant labia, Aliud loq nō potes, qd id quod in pectori habes: Ex abundantia cordis labia tua loquuntur. Et si alijs pro te tacuisti, mihi tacere non potuisti. Ex quo me natū uidisti, mecum deliciata es fauo dulcis eloqui, simul qd osculo oris mei, osculo oris tui, & satisfactū est etiā sic fidei tuæ, spei & dilectioni tuæ: fidei per dilectionē dicentis, osculetur me osculo oris sui. Quid de pannis dicā, qbus me inuoluisti, & in præsepio reclinasti? Nimis id quod uerè est, quia odor uestimentorū tuorū sicut odor thuris,

Fauus tu  
us ego sū.

Lucæ, 6.

Canti,

RUPERTI IN CANT. CAN. CA. III.

Omnium namque uestimentorum, scilicet bonorum operum tuorum, quæ in me materna & plus quam materna charitate operata es, panni illi primitiae fuerunt. Et quia cuncta, quæ tunc in me uel tunc propter me operata es, de magno & uestido charitatis igne cum suavitate humilitatis uenerunt, recte dixerim ego, recte consenserunt amici, quia odor uestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Sic etenim in omnibus famulata est mihi, mater & uirgo filialis, tanquam deo, cui soli debetur odor thuris in sacrificio suo, quoniam esse me ego paruulus tuus paruulus homo,

FINIS LIBRI TERTII